



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Quæstio XXXVIII. De reliquis Excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

V. Si quispiam Clericus se immiscere facinoribus seu enormibus criminibus, possitne à Judice sæculari trahi ad Tribunal sæculare, absq; incurfu huius Excommunicationis?

S. Non potest Judex sæcularis ad forum trahere Clericum immiscens se facinoribus, nisi postquam ter admonitus & correctus à proprio Ordinario, non abstinuerit à pravis actibus, quòd si ante trinam monitionem attentaret aut procuraret ut traheretur absq; dubio hanc Excommunicationem incurreret.

V. Cur interponis trinam monitionem?

S. Ideò quia respectu Clerici ad petendum privilegium Fori debet omnino trina monitio præcedere.

QUÆSTIO XXXVII.

De reliquis Excommunicationibus Bullæ Cœna.

Vicar. **R**ecense reliquas Excommunicationes seu Casus Bullæ Cœna.

Excoꝛnicantur I. Impedientes Prae-
latos vel Judices Ecclesiasticos directè vel
indirectè, nè suâ Jurisdictione Ecclesiasti-
câ contra quoscunq; utantur; item re-
currentes ad Curias saculares, ad eluden-
das Fori Ecclesiastici judicium, & ab a-
liis Curijs prohibitiones & mandata etiam
generalia contra sententias dictorum Ordini-
ariorum, vel etiam delegatorum procu-
rantes; item decernentes, exequentes di-
cta mandata, & decernentibus vel exco-
municatis auxilium consilium vel patro-
cinium dantes: II. Usurpantes (id est
accipientes prætenso jure) jurisdictiones,
fructus, redditus & proventus ad Sedem
apostolicam, aut alias Ecclesias pertinen-
tes, sub cujuscunq; Beneficij prætextu III.
Imponentes tributa, & alia onera Perso-
nis Ecclesiasticis, vel bonis earum Persona-
rum, aut Ecclesiarum &c. sine speciali
licentia Papa, comprehendendo exigen-
tes prædicta per se, vel per alium directè
vel indirectè; item procurantes vel acci-
pientes prædicta, etiam à sponte dantibus;
item

item auxilium consilium vel favorem in
 predictis dantes. IV. Intromittentes in
 Causis criminalibus Ecclesiasticorum, vi-
 delicet iudicando illas, processus faciendo
 banniendo, sententiam proferendo et
 exequendo. V. Prasumentes invadere pro-
 se, vel per alios, directè vel indirectè,
 vel in toto vel in parte terras Ecclesia, des-
 truentes eas, occupantes, detinentes,
 usurpantes, perturbantes, retinentes,
 prasumentes vexare easdem, vel prasu-
 mentes perturbare, usurpare Jurisdic-
 tionem supremam temporalem terrarum im-
 mediatè vel mediatè Romano Pontifici
 subjectarum: faventes predictis, auxilium
 vel consilium dantes, vel eos defen-
 dentes aut protegentes.

V: Suppono quòd Iudex secularis im-
 pediens Prælatum Ecclesiasticum in-
 justè contrà Sacros Canones proceden-
 tem non incurrat Excoꝛnicationem decimam sextam.

S: Non.

Q: Neq; impediens Prælatum volen-

non procedere in causa, seu illam pro-
sequi, in qua Reus legitimè appella-
vit ad alium Judicem legitimum?

¶ Neq; Ille, quia hic Prælatus impedi-
ens, facit: contra Sacros Canones ap-
pellationem concedentes.

¶ Neq; impediens Prælatum Excom-
municatum denuntiatum & vitandū,
sua suam exerceat Jurisdictionem?

¶ Nec ille, quia Excommunicatus vi-
tandus sub pœna invaliditatis prohi-
betur suam exercere Jurisdictionem.

¶ Si autem quispiam Judic: Sæcul:
impediret Prælatum ex causa non cer-
ta, sed dubia an justè utatur suâ Juris-
dictione Ecclesiasticâ, ligaretur nê hâc
Censurâ?

¶ Ligaretur, quia in factò Superioris
non debet præsumi delictum, nisi pro-
betur, & possessio jurisdictionis exer-
cenda stat pro Prælato: adeoq; injustè
impediretur sub prætextu dubitatio-
nis de injustitia, vi: *Bonac. Diss. 10. q. 17. punct. 1, in Bull. Cœna.*

U. Pu-

U. Putasne quod mandans Prælatum ecclesiastico, ut Excommunicationem se justè latam revocet, incidat in hæc Excommunicationem?

S. Lego apud *Benac.* quod non incidat propterea quia in hoc Canone excommunicantur impediens Prælatum in suâ jurisdictione utatur, non autem facientes, ut effectum jurisdictionis jam completum revocet; id tamen committat *ait. doct.* & dicit non currere mandante Prælato ut revocet Excommunicationem comminatoriam, quæ non complevit effectum suæ jurisdictionis, hinc impediens jurisdictionem in posteriori sensu esset hic excommunicatus; sed hæc Opinio multis non placet, dicentibus, falsum esse Prælatum complevisse ætatem suæ jurisdictionis postquam excommunicavit, quæ adhuc habet jurisdictionem absolutivam, cum absolutio in foro fori Excommunicatione ab homine, singulariter ad Judicem Excommunicatum

...pertineat; quare censent ejusmodi Mandantem hanc Excommunicationem ligari.

U. Apparet quod in hoc Canone sit sermo de jurisdictione ordinaria Judicis Ecclesiastici.

S. Communiter tenent *Canonis*: (quidquid dicat *Ugoliz.* in contrarium) esse sermonem de jurisdictione ordinaria, pro quo, vi: *Suar. Disp. 21. de Cen. Sect. 2. Fillinc. Tract. 11. c. 2. qu. 6. Sayr. lib. 1. c. 10.* & alios. Observo autem quod impediens Prælatum nè sua utatur jurisdictione temporali, in terris sibi temporaliter subjectis, latam in hoc Canone Excommunicationem non incurrat, quia hic expressè est sermo de impediète tantum Jurisdictionem Ecclesiasticam, consequenter in odiosis non est faciendâ extensio.

U. Quæro an impediens Episcopum electum, non tamen consecratum, nè utatur jurisdictione Ecclesiastica, ligetur hanc Excommunicatione?

FF

S. Si

S. Si Episcopus est electus & confirmatus, & possessionem accepit per litteras Apostolicas sui Episcopatus, illum utpote habentem plenam jurisdictionem Episcopalem impediens hanc Excommunicatione omnino ligatur, quia in hoc Canone est sermo simpliciter contra impediens Episcopos vel Prælatos ipsis inferiores në sua jurisdictione Ecclesiasticâ utantur, circò qui impediret Episcopum në utur potestate Ordinis hanc Excommunicationem non incurreret.

V. Videtur quòd illi solùm ligentur Excommunicatione decima septima Bulla, qui usurpant res fructiferas, sive mobiles, sive immobiles pertinentes ad Ecclesiasticos ratione Jurisdictionis quam habent.

S. Ità est.

V. Quid autem sentis circa Usurpatores prædia & fundos Ecclesiarum & Monasteriorum.

S. Sentio tales incidere in hanc Excommunicationem.

communicationem, nam Pontifex prohibens usurpationem fructuum, magis prohibet ne usurpentur causa fructuum, quæ sunt agri & prædia, si- milidem propter quod unumquodque tale & illud magis.

U. Supponamus quod Usurpans sine- ret fructus Ecclesiasticos reddi, reten- to sibi duntaxat jure possidendi & ad- ministrandi.

S. Etiam in hac suppositione afficere- tur præfatâ Censurâ, quia jus fruendi, possidendi, & administrandi prædia & agros connumeratur inter fructus *L. Per servum §. Si usu fructus ff. de usu & habitat.*

U. Apparet tanquam probabilius hanc Excommunicationem etiam incurre- re usurpantes fructus Beneficiorum vacantium.

S. Omnino, nam si impunè absq; in- cursu hujus Excommunicationis pos- set quis usurpare fructus tempore va- cantia, eluderetur intentio Papæ in

hoc Canone intendentiſ defendere
 fructus Eccleſiarum, nullo enim tem-
 pore timetur magis uſurpatio talium
 fructuum, quàm tempore vacanti-
 ſ. Quæro an huic Cenſuræ ſubiacent
 uſurpans fructus bonorum Patrimon-
 nialium Clerici, ad quorum titulum
 eſt ordinatus?

S. Dico probabilius cum *Navar. c. 1. 2.*
num. 71. Sayr. lib. 3. c. 21. Tolet. lib. 1.
cap. 28. Filliuc. Tract. 16. c. 8. q. 9. Sot.
Bonac. & alijs non ſubjacere.

U. Dices utiq; hanc Cenſuram inco-
 rere uſurpantem redditus annuos, vel
 Religioſo legatos, vel ipſi ex bonis
 Hæreditarijs convenientes.

S. Si huiusmodi redditus ſint incorpo-
 rati Monafterio abſq; dubio uſurpans
 incidet in hanc Cenſuram etiamſi Pre-
 latus concederet tales redditus & fru-
 ctus, nam tales fructus verè ad Mona-
 ſterium ſpectant ex ſuppoſitione in-
 corporationis, & commune eſt, quod
 quidquid Religioſus aut Monachus ac-
 quirat, Monafterio acquirat. *7. Co.*

Occurrit dubium : An usurpantes fructus Monasteriorum in quibus vel omnes Religiosi mortui, vel alio transiissent sunt hanc Excommunicationem incurrant?

Respondet *Bonac.* cum alijs *Canonis.* affirmativè, quia tales fructus vel spectant ad alia Monasteria ejusdem Ordinis, vel ad Summum Pontificem.

Quæro an ligetur Excommunicatione decima octavâ hujus Bullæ imposita prohibita in Canone Personis Ecclesiasticis, non tamen illa exigens nec per se nec per alios?

Ligatur, distinctè namq; excommunicantur imponentes, & exigentes, id est, & qui exigunt, & non imponunt, & qui imponunt, & non exigunt; præterea in hoc Canone confirmantur Censuræ & pœnæ latæ in *Concil. Lateran.* sub *Innoc. III.* in *e. Adversus de immunit.* sic autem est quòd in præf. *Concil.* excommunicentur imponentes jam expressa onera Ecclesiasticis,

cis, nullâ factâ mentione contra eos
gentes, ergo etiam in hoc Canone
communicantur imponentes abfolu-
tè, absq; respectu ad exigentiam.

U. Quid si Clericis imponerentur onera
Personalia?

S. Patet ex alibi dictis quòd incurritur
imponentes Censurâ expressam in Ca-
none decimo quinto; ubi excommunicatio
facientes statuta contra libertatem
Ecclesiasticam, est autem contra libertatem
Ecclesiasticam imponere talia onera
Ecclesiasticis ut optimè advertit
Bonac. cum alijs *Canonis*: Et quòd
aliqui sustineant hanc latam Censuram
non incurri ab imponentibus præfata
onera merè Personalia, ideò, quia so-
lùm specificantur onera realia ut sunt
decima Collectæ &c. nihilominus, quia
benè observo appositam particulam
generalem, nempe *ly (& alia onera)*
ideirò dico hic fulminatam esse Cen-
suram, etiam contra imponentes onera
merè Personalia ità *Filliuc.* cum alijs.

U. Pe-

Peto, an onera solum ratione pro-
sentium Ecclesiasticorum prohibean-
tur hic Personis Ecclesiasticis imponi
ab Censura?

Sic sentit Navar. & Cajet. quibus ta-
men contrariatur Bonac. cum alijs.

Nonne quilibet rei suae est modera-
tor & Arbitrator?

S. Omnino.

U. Ergo si Clericus ex mera liberalita-
te, spontaneè & voluntariè, simplici-
ter & independenter ab omni suspici-
one metus & periculi solveret onera
hic prohibita, accipiens, latam Cen-
suram non incurreret.

S. Non: unde ly spontè in Canone in-
telligitur de spontaneo secundum quid
quod ex voluntate quidem procedit
attamen cum aliquo metu & suspicio-
ne periculi vel damni &c.

U. Possset contingere, quod aliquis ex-
igeret prohibita onera in hoc Canone
ab Ecclesiasticis, cum voluntate resti-
tuendi illa in fine Anni.

Ff 4

S. Ad.

S. Adhæreo *Bonac.* non excusanti hac Excommunicatione exigentem vitandas fraudes. Quare juxta doctrinam citati *Canonista*, si aliquando justam causam hoc necessario faciendum videretur, tutius erit cum consensu Episcopi ad *Sac. Congregat.* necessitatem deferre, & ab ea indultum per hujuscemodi exactione procurare; An autem & quando Gabellas imponentes Ecclesiasticis, vel easdem illis exigentes huic subiciantur *Censuræ*, vi: *sepè cit. Canon?*

V. Considerando Excommunicationem decimam nonam hujus Bullæ, quæ an Judex Laicus incidat in hanc *Censuram*, si processet Clericum confitentem, ut contra se criminaliter procedat?

S. Incidit, nullus enim potest renunciare Privilegio, quo gaudet, non tamquam Persona particularis, sed quatenus est membrum alicujus communitatis, cui datur Privilegium pro suis mem-

membris. Quare qui processaret Clericum consentientem contra se processum fieri in criminalibus subjaceret omnino huic Excommunicationi, & scienti ac volenti fieret injuria; nec obstat quòd Paulus Apostolus Cæsarem appellaverit, quia hoc non fecit Paulus, ut Imperatorem suum Judicem proprium appellaret, sed ut Festi Tyrannidem & injustam necationem per Judæos sibi procuratam evitaret, dum ad tale Tribunal coactè fuerat inductus. Q. Suppono quòd accusantes & exponentes quærelam in Causa Criminali contra Ecclesiasticum coram Judice seculari hanc Excommunicationem non incurrant?

S. Non: quia non est actio expressè prohibita in hoc Canone; hinc nec Advocati, nec Procuratores, nec Testes nec alij instantes apud Judicem Laicum, ut Ecclesiasticus processetur, capiatur vel banniatu huic subjiciuntur Censuræ, siquidem solùm Judices

Ff §

&

& alij specificati habentes jurisdictionem, hic excommunicantur.

V. Quæro an invadentes & occupantes loca S. R. E. sub justo titulo compensationis vel alio justo prætextu incidant in Excommunicationem trifuram?

S. Si prætextus iste fundetur in ratione & causa evidenter probabili, non incidunt, quia hic excommunicantur præsumentes invadere & occupare, qui autem habent justum titulum factum in evidenter probabili ratione & causa, non dicuntur invadere & occupare ergo &c.

V. Putasne quòd invadentes, occupantes, & usurpantes bona privatorum Civium intra Territorium Sedis Apostolicæ hanc Excommunicationem incurrant?

S. Non incurrunt: non enim offenditur suprema Papæ ac Sedis Apostolicæ jurisdictio, sed particularium duntaxat Civium.

V. Non.

Nonne si quispiam Confessariorum
presumptuosè ab his Censuris absol-
vere vellet, præter id quòd nihil face-
ret, ipso facto excommunicatus esset.
Sic est, quam Excommunicationem
quando Papam sibi reservasse do-
cent *Canonis*. Nunc autem non est
hec reservatio, quare absolvere præ-
sentantes poterunt à Censura per Or-
dinarium absolvi; Adverto hìc etiam,
quòd Regularis præsumens sub prætex-
tu Privilegiorum absolvere ab Excom-
municationibus hujus Bullæ, incidat
in Excommunicationem latam à Cle-
mente VIII. Papæ reservatam, quòd si so-
lum absolverit simpliciter absq; præ-
textu Privilegiorum, incidet in Cen-
suram non reservatam.

V. Scis absque dubio quòd harum Ex-
communicationum Copiam omnes Con-
fessarij sive Regulares sive sæculares ex
Summi Pontificis mandato habere sint
obligati.

S. Scio, & attentè observo ac lego ly
Ff6 *trans-*

transumptum presentium litterarum penes se habeant, easque diligenter legere & percipere studeant.

V. Existimo tamen illos non peccare mortaliter si non habeant.

S. Quamvis aliqui arbitrétur illos peccare mortaliter, dicentes verba imperativa in re gravi obligare sub mortali, attamen dico quòd si non adfit contemptus & habeant Confessarij communitatem opportunam quando occurrerit necessitas præfatos casus alios legendi, satisfacient intentioni Pontificis, nec peccabunt mortaliter.

V. Adhuc occurrit unum proponendum, videlicet: an requirantur aliquæ conditiones ad hoc, ut quis legitime dicatur absolutus ab Excommunicationibus in hac Bulla reservatis?

S. Conditiones requisitas ad effectum absolutionis obtinendæ enumerat Papa in ipsa Bulla sub his verbis: (declinantes & protestantes quemcumque absolutionem, etiam solenniter per nos facien-

prædictos Excommunicatos sub præ-
dictis comprehensos, nisi prius à præ-
dictis cum vero proposito ulterius similia
committendi destiterint, ac quoad
eos, qui contra libertatem Ecclesiasticam
premittitur statuta fecerint, nisi prius
statuta, Ordinationes, Constitutiones,
Præmaticas, & Decreta huiusmodi pub-
lice revocaverint, & ex Archivis seu Ca-
pitularibus locis, aut libris in quibus ad-
notata reperiuntur, deleri & cassari, ac
de revocatione huiusmodi certiores
fecerint, eos non comprehendere, nec eis
suffragari, quin etiam per patientiam &
tolerantiam nostram, vel Successorum
nostrorum quantocumq; tempore continu-
atam, in præmissis omnibus & singulis ac
quibuscumq; juribus Sedis Apostolicæ, ac
S. R. E. undecumq; & quomodocumq; qua-
siti, vel querendis, nullatenus præjudi-
care posse aut debere) hæc Papa.



QUÆ-